



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.29. S. Gregorius ægrotat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

tate versiones ipsorum intelligere valemus. Sæculum VII  
 Hæc epistola Mense Febr. Indictione ter- A. C. 600.  
 tia id est anno 600. data est.

### §. XXIX.

#### S. Gregorius ægrotat.

In alia epistola eodem anno mense Julio

ad S. Eulogium data dicit: *Anni pro-* VIII. ep. 35.  
*pe duo effluxerunt, ex quo lecto affixus* Sup. n. 27.  
*bæreo, podagra laborans, & tam vehe-*  
*mentes pedum dolores patiens, ut in Fe-*  
*stis vix ad horas tres surgere, & Missam*  
*celebrare valeam.* Superius vidimus Mi-  
*ssam secundum Ordinem Romanum fui-*  
*sse admodum longam, & non nunquam*  
*omnia Officia Divina sub hoc nomine*  
*fuisse comprehensa.* Tum S. Gregorius  
*prosequitur: hac finita illico mihi repe-*  
*tendus est lectus ob vehementiam dolo-*  
*ris, qui equidem nunc remittit, nunc*  
*acutissime me torquet, nunquam tamen*  
*penitus cessat, aut tantus est, ut necet.*

Exinde post menses sed ad Amicum suum VIII. ep. 118.  
 Venantium, qui relicto Instituto Mona- Sup. L. XXX  
 stico uxorem duxerat, & tunc etiam do- n. 20.  
 loribus podagrīcīs vexabatur, scribens IX. ep. 25.  
 dicit: *Quid in his doloribus agendum no-*  
*bis restat, nisi ut peccatorum nostrorum*  
*reminiscamur, & Gratias agamus Deo,*  
*quia affligendo purgat carnem istam, tot*  
*peccatorum causam? pœna præsens si nos*  
*emendat, eadem præcedentis culpæ finis*  
*Hist. Eccles. Tom. VIII. M m erit,*

Sæculum VII erit, secus vero, est pænæ sequentis præcipium.  
A.C. 601.

Igitur summopere nobis cœdum est, ne ex uno supplicio in alia de-  
volvamur. Perpendamus Clementiam Di-  
minantis mortem, quam meremur, eon-  
que differentis, ut Judiciorum suorum  
timorem salutarem incutiat. Quot Pe-  
catores miseri criminum suorum cano in-  
mersi usque ad mortem perseverarunt, &  
ne quidem levi capitidis dolore admoniti,  
subito percussi, Inferni flammis trans-  
funt? Ita S. Gregorius occasione morbi  
quo tam ipse quam amicus ejus decum-  
bebat, utitur, ut eum ad Penitentiam  
excitaret. Haud multo post tempore,  
sciens, eo usque vim morbi invaluisse,  
ut de ejus vita actum esset, datis ad Iou-  
nem Episcopum Syracusanum, ubi Ve-  
nantius erat, litteris monet, & eum ad  
resumendam vestem Monasticam, saltem  
in ultimo vitæ articulo positum, exhorte-  
taretur, & irrevocabile Dei Judicium  
minitaretur. Simul etiam S. Gregorius  
duas Venantii filias Barbaram & Anto-  
niam per epistolas consolabatur, & cum  
paterna fovebat.

Mense Februario ejusdem anni 601.  
de sua valetudine scribebat in hunc mo-  
dum: *Multum jam temporis effluxit, et*  
*quo de lecto surgere non possum. Jam &*  
*nim podagra me torquet, jam ignis, nescio*  
*quis, non sine magno dolore per omnes ve-*

IX. ep. 31.

IX. ep. 30.

IX. ep. 27.

*nas grassatur, ita ut animo dejiciar. Alia-* Sæculum VII  
*rum infirmitatum mearum tantus est nu-* A. C. 601.  
*merus, ut iis omnibus recensendis par non*  
*sim. Paucis dicam; humoris maligni*  
*pernicies ita in omnes artus meos penetra-*  
*vit, ut vitam fastidiam. Expecto, & cu-*  
*pio mori, tanquam unicum malis meis re-*  
*medium. Rursus ad nobilem fœminam,* IX. ep. 38.  
*nomine Rusticianam, pariter podagra*  
*afflictam scribens ait: Timeo, ne nimiis*  
*doloribus succumbat delicatum corpus*  
*tuum. Scis, qualis fuerim, & tamen*  
*cordis amaritudine, continuo mærore, &*  
*acerbis podagræ doloribus ad eam tenuita-*  
*tem redactus sum, ut corpus meum sicut*  
*cadaver in sepulchro exsiccatum sit. Vix*  
*unquam levari e lecto possum. Si igitur*  
*podagra corporis mei massam consumere*  
*valuit, quæ tui jam corporis macies sit,*  
*cum jam ante vix ossibus hæseris? Hæc*  
*verba conjecturæ locum dant, S. Gre-*  
*gorio, dum bona valetudine fruebatur,*  
*magnum & validum corpus fuisse. Prius*  
*in hac epistola dixerat, se tunc, cum a*  
*Rusticana missus tabellarius advenisset,*  
*adeo defecisse, ut nulla vitae spes super-*  
*esset.*

### §. XXX.

*Monita Mariniano Ravennatensi data.*

Hæc dispicimus ex epistola ipsius S. IX. ep. 28.  
 Gregorii sub idem tempus ad Ma-

M m 2                    rinia-